



De Iesu Christi sacerdotio narratiuncula è Graeco translata, incerto interprete. : Una cum Iacobi Antonii Marcelli ad Rhenatum Siciliae regem, & Gilberti Cognati Nozereni ad Petrum Richardotum epistolis. His accessit Machometi vita, ex Graeco in Latinum per Georgium Hermonymum uersa. Adiecta est eadem de Iesu Christi sacerdotio narratiuncula Graece quo[que] ex Suida, si cui conferre libeat.

<https://hdl.handle.net/1874/432358>

pc
4

DE IESV CHRISTI
SACERDOTIO NARRA-
tiunculae Græco translata,
incerto Interprete.

VNA CVM

Iacobi Antonij Marcelli ad Rhe-
natum Siciliae regem, & Gilberti
Cognati Nozereni ad Petrum
Richardotum epistolis.

His accessit MACHOMETI VITA,
ex Græco in Latinum per Georgium
Hermonymum uersa.

Adiecta est eadem de Iesu Christi sacerdotio
narratiuncula Græce quoque, ex Suida,
si cui conferre libeat.

M. D. X X X I.

DE IESU CHRISTO
ET SUIS APOSTOLIS
ET ECCLESIAE CATHOLICAE
IN OMNIBUS SAECULIS

IN OMNIBUS SAECULIS
IN OMNIBUS SAECULIS
IN OMNIBUS SAECULIS
IN OMNIBUS SAECULIS

IN OMNIBUS SAECULIS
IN OMNIBUS SAECULIS
IN OMNIBUS SAECULIS
IN OMNIBUS SAECULIS

IN OMNIBUS SAECULIS

GILBERTVS COGNATVS
NOZERENVS VTRIVSQUE
Iuris Doctōri D. Petro Richardoto Vesontij
apud D. Ioannem canonico, amico
& patrono in maioribus obser
uando S. D.



Q uod iam diu li-
teras praeſtantiae
tuae non dederim
doctiff. uir, plu-
ra in cauſa ſunt.

Primū negotia cum priuata,
tum publica, quibus diſtineris,
grauiffima, ne ego importuni-
or, haec conturbem, in ſcriben-
do ſum ſubſegnior. Dein quo-
niam non elegantia, nec aliqua
dictionis maiestate mihi inco-
gnita, nec eruditione, à qua ne-
mo alienior, ſed ſolo amore, ſtu-
dio,

EPISTOLA.

dio, obseruantia aduersum te
 mea tibi probari cupio. Sed cur
 hæc non rescribis? dices. Hoc
 ipsum certè quum iam pridem
 ad te scripserim, uereor ne toti-
 es inculcando, similis Horatia-
 no pictori, uel simulare cupres-
 sum, uel eã in dubiũ uocare ui-
 dear, quib. nihil neq; constanti-
 us est, neq; certius. Itaq; alijs scri-
 bendi frequentiam concedens,
 mihi amorem et studium refer-
 uo. Alij suis literis te sæpius in-
 uisitant: ego tacitus te amare, &
 suspicere non desinam. Quan-
 doquidem hoc tuis in me meri-
 tis exigentibus facio, quum tan-
 to fauore nil tale pro meritũ pro-
 sequutus fueris, ut magnitudi-
 ne meritorum ad obruto, nulla
 alia

EPISTOLA.

alia superesse gratificandi uia uideatur, quam si perpetua mea in te obseruantia reposuero.

Quare honorãde Domine, quẽ admodum apud Iuriscõsultos nõnulli, qui se in alicuius fidem contulerunt, singulo quoq; anno fidelitatis symbolum exhibere iubentur: Ita ego totus tibi addictus, anniuersaria saltem scriptione tibi meũ pectus puri puti amoris plenũ aperio. quo intelligas, nulla taciturnitate meum in te studium extinctum iri, nec aliud silentij consilium esse, quàm ne à tuis interpellaris negocijs. Ad hæc, ne huius anni hic liminaris dies te mihi indonato elabatur, de Christi sacerdotio libellum his adieci, nondum

EPISTOLA.

dum quod scia typis excusum,
 nisi quod Græcè apud Suidam
 extat: cui qui non perinde fidē
 tribuant, hodie fortassis non de
 erūt. Verum hoc quicquid est
 rei, iudicandum nasuto cuique le
 ctori relinquimus, de ea sanè
 non habētes in præsentia, quod
 dicamus, nisi in Cassiodori &
 aliorum centonibus huius fari
 næ multa reperiri, hisq; minuti
 ora. Huius narrationis concin
 nator, quo Iudæi & Christiani
 confabulationi fidem aliquam
 conciliaret, testimonia aliquot
 è Sacris literis, & autorib. sub
 duxit, sed quæ οὐτε γῆς φασίη, οὐτε
 οὐρανὸς ἀπίστοι. Nos solum de co
 dice uetustissimo, Gallicis lite
 ris suprâ quàm dici potest sce
 dis &

EPISTOLA*

dis & portentosis scripto, hunc libellū descripsimus. In stylo à nobis nihil mutatū est. Nam eiusmodi est ut nō admittat emēdationis diligentiam, & libelli inscriptionem in exemplari re-
pertam reliquimus. Hunc igitur qualem qualem laborē placuit strenulæ uice mittere. In Erasmo Roter. plurimum amisi: siquidem amicus igni & aqua, ut uetus prouerbiū habet, magis est necessarius. Nec enim amicum, sed patrē in omnibus, & si quid fortè potest esse amicis coniunctiusq̄, sensi. Super est, ut postq̄ ita Dominus uoluit, casus humanos patiētius ferre discam. Vulneri certè ex illius morte concepto non parum

EPISTOLA.

medeberis, si R. D. Leonardi
 à Gruerns officialis & patroni
 tui beneuolentiam mihi conciliaueris, meq; inter ipsius clientes referri curaueris: cui, simulq; tibi precor hunc annū ut Deus auspdatum esse uelit. Cæterum ut R. D. Francisco Simario suffraganeo, ac D. Claudio Maiori canonico (quod sine molestia tua fiat) ex me salutem reuerenter & diligenter annuncies, etiam atq; etiam oro. Vale bene: & tibi persuade, me omni studio, opera atq; industria effecturū, ut omnes aliquādo intelligent, te fauorem tuū apud hominem non ingratum ponere.

Datum Nozereti, ipsis
 calendis Ianuarij.

DE IL

DE IESV CHRISTI

SACERDOTIO

Narratiuncula.



RELIGIOSISSIMI
regis Iustiniani tempo-
ribus, homo quidam
fuit, qui cum Iudæo-
rum princeps Theo-
dosius dicebatur, cum Christianis
quamplurimis, tum uerò ipsi regi,
quem modò nominauimus, impri-
mis notus erat, lisdem uerò tempo-
ribus erat homo Christianus, Phi-
lippus nomine, quæstu argētarius,
is & Theodosio familiaris, & sum-
ma necessitudine cōiunctus, illum
sæpe adhortabatur, & ut Christia-
nus fieret crebrò admonebat. Quo-
dam igitur die Philippus apud The-
odosium hanc orationem habuit.
Quid causæ dicam, Theodosi claris-
sime, qui cum sapiens sis, & legem
diligenter tenens, ea quæ à Prophe-

*Theodosius
Iudæus.*

*Philippus
argētarius.*

DE IESV CHRISTI

tis de IESV CHRISTO prædicta
 ac pronuntiata sunt, non ignoras,
 tamen adduci non potes, ut illi cre-
 das, & Christianus fias. Non enim
 induci possum, ut credam, idcirco
 te Christianū fieri nolle, atq; id de-
 precari, quod scriptorum sanctorū
 de communi omniū nostrūm Do-
 mino IESV CHRISTO prædicti-
 ones & oracula ignota tibi esse ar-
 bitrer. Propterea igitur si uis animā
 tuam saluare, in IESVM CHRI-
 STVM Seruatorem ac Dominū no-
 strum constanter crede, ne in perfidi-
 dia tua permanens, æterni iudicij re-
 um te facias. Quæ cum Iudeus ab
 homine Christiano accepisset, ue-
 hementer probauit: & cum multis
 uerbis amico gratias egisset, hoc pa-
 eto respondit. Tuā secundum De-
 um charitatē amplector, ac probō,
 quod animæ meæ salutis studiosus
 ac cupidus, magnopere laboras, &
 ut

SACERDOTIO.

UT CHRISTI fidē sequar adhorta-
 ris. Quocirca quasi Deo qui cordis
 occulta nouit, spectāte, apertē et ue-
 rē tecū loquar. CHRISTVM ego et
 à lege & à Prophetis iam pridē præ-
 dictum, ac prænunciatū, et à uobis
 Christianis cultū & adoratum, in
 hunc mundū uenisse, et ipse plenif-
 simē credo, & tibi homini amiciss.
 et utilitatis meę studiosissimo auda-
 cter fateor. Verū humana quadam
 & terrena ratione uictus, Christia-
 nus nō efficior. In quo meo ipsius
 iudicio, me ipsū condemno, nūc e-
 nim cū sim Iudęus, et principatū in-
 ter Iudęos teneā multis honorib. ac
 donis color, omnib. deniq; ad hanc
 uitam necessarijs abunde perfruor.
 Sic autem mihi persuadeo, nisi ca-
 tholici quidem templi Pontifex fi-
 am, aut ampliorib. etiam magistra-
 tib. à uobis afficiar, accidere nō pos-
 se ut tantopere apud uos colar, atq;
 obser-

*Christum à
 lege & Pro-
 phetis præ-
 dictū à Chri-
 stianis coli.*

DE IESV CHRISTI

obseruer. Quare, ne his quidem ex-
 cidam, quæ iucunda atq; delectabi-
 lia iudicantur in hac uita, futuram
 beatitudinē sperno, meq; id prauē
 facere intelligo. Ac, ne me forsitan
 mentiri putes, proponam tibi auda-
 cter arcanum, quod apud nos He-
 bræos sedulò adhuc occultatū est.
 Ex quo certò scimus, eum, qui à uo-
 bis adoratur CHRISTVS, ipsum
 illum esse, de quo leges & Prophe-
 tæ cecinerūt: Non solum, inquam,
 ex his quæ antè scripta sunt de IES-
 SV, rem ita se habere cognoscimus,
 sed ab eo quoq; quod apud nos &
 perscriptum, & occultatum myste-
 rium continet. Cuius quidem hæc
 ratio est. Antiquis sanè tempori-
 bus, quibus templum Hierosoly-
 mis condebatur, consuetudo lu-
 dæis fuit, ex numero literarum,
 quæ duæ & uiginti apud Palæsti-
 nos habentur, sacerdotes in templo
 consti-

*Antiquus
 creandorū
 Sacerdotū
 apud Iude-
 os mos.*

SACERDOTIO.

constituere, unde & sacros libros numero totidem habemus. Erat igitur in templo Codex repositus, in quo singulorum sacerdotum nomina erant inscripta; nec eorum solū, sed etiam parentum. Horum ergo, si quis diem suū obiisset, reliqui in templum conueniebant, & de communi suffragio atq; sententia, in locum indemortui alterum substituebant: uiginti & duorum sacerdotū numerum explentes. In ipso codice statim inscribebatur, hoc die mortuum esse illū, qui ex illis parentib. ortus esset: & pro illo, illum, quicumq; is fuisset, suffectum esse. Qui cum mos apud Iudeos obtineretur, accidit ea tempestate, qua I E S V S in Iudæa morā trahebat, ut unus ex sacerdotibus uita decederet: idēq; anrequam I E S V S seipsum aperiret, & homines ut in ipsum crederent docere cœpisset. Coiere igitur reli-

qui sa-

*Literarum
& sacerdotū
numerus*

*Sacerdotiē
catalogus.*

*Christus an
no tricesi-
mo quo ba-
ptisatus est,
sub Herode,
ioāne in uin-
culis existi-
te, maiori-
bus miracu-*

DE IESU CHRISTI

lis et præ-
dicationib.
se primum
mundo in Ga-
lilea mani-
festauit. Ex
eo tempore
inquit Ma-
theus cap.
4. coepit te-
sus prædi-
care.

qui sacerdotes, ut in locū indemor-
tui subrogarent alterum. Quumq̄
singuli, qui sibi sacerdotio dignissi-
mus iudicio uideretur, proponerēt,
reliqui eum quasi imperfectum, ac
mancum, nec eius uirtutis compo-
tem, quæ sacerdotem deceret, repel-
lebant. Nam & si sapiens & inte-
ger esset, legem uerò & Prophetas
ignoraret, non satis idoneum, cui
sacerdotium committeretur, iudica-
bant. Multis igitur repulsis, unus
ex eis excitatus, cum in medio con-
stitisset, his uerbis usus fuisse dici-
tur. Ecce, inquit, multi à nobis no-
minati, huic sacerdotio & muneri
minimè idonei sunt inuenti. Noli-
te ergo reijcere me, si unum uobis
proposuero, quem ego potissimū
substituendū censeo. Non enim du-
bito, quin uestrū nemo suffragi-
um meum improbet. Promitten-
tibus autem cæteris; Volo inquit,

I E S U M

SACERDOTIO.

IESVM CHRISTVM Ioseph fabri filium, si uobis ita uideatur, substituere. Qui ætate quidem iuuenis, sapientia uerò ac opere, & moribus optimè ornatus est: quo quidem ego uel oratione, uel uita, uel morum integritate præstantiorem adhuc arbitror uisū fuisse neminem. Nec quenquam uestrum, qui Hierosolymam incolitis, esse puto, cui hoc uel ignotū sit, uel non multo antè obseruatum. Quæ quū reliqui sacerdotes accepissent, re comprobata, IESVM in collegiū eorum optauerunt: & sacerdotio omnium dignissimum iudicarunt. Sed erant nonnulli, qui Iesum ex tribu Leui ortū negarent, & ex tribu Iuda originē ducere uehementer contenderent. Iosephi enim filium esse omnes suspicabantur. Sic enim apud Iudæos ferebatur, Ioseph ex tribu Iuda esse, nō ex tribu Leui:

Ioseph dictus est pater Iesu etiā ab ipsa Maria Luc. 2.
Ecce Pater tuus & ego querebamus te. Itē Philippus Nathanaeli Ioan. 1. Inuenimus Iesum filiū Ioseph.

DE IESV CHRISTI

Leui: quare quòd ita persuasum é-
 rat ex tribu Leui I E S V M non esse,
 sacerdotē fieri prohibebant. At is
 qui de I E S V protulerat uerbū, mix-
 tum esse eiusdē genus affirmabat.
 Antiquitus enim in uetustis famili-
 is confusione quandam factā esse:
 et duarum tribuū inter se cōmixtio-
 nem assererat: atq; inde Iosephi
 genus deduci aiebat. Quo audito,
 reliqui sacerdotes decretum confir-
 mauerunt. Et quum in unum con-
 uenissent, communi consilio I E-
 S V M, qui in locum indemortui in
 collegium adoptaretur, omniū di-
 gnissimum iudicauerūt. Quumq;
 moris esset, ut non modò eius qui
 sacerdos creatus esset, sed parētum
 quoq; nomina codici inscriberen-
 tur, quum eorum quidam suggesse-
 runt I E S V parentes accersiri oportere,
 & ab eis nomina cognoscere,
 simulq; percunctari, si eum qui ad
 sacer-

*Christi ge-
 nus mixtū
 ex tribu Iu-
 da & Leui.*

*Parentum
 quoq; nomi-
 na codici
 inscripta.*

SACERDOTIO.

sacerdotium productus esset, ex se
 natū confirmarent: placuit hoc o- *Attende.*
 mnibus. Sacerdos igitur, qui I E-
 SVM nominauerat, Iosephū patrē
 I E S V decessisse dicebat, matrem
 solam superesse. Statuerunt igitur
 de communi sententiā, matrem I E
 S V in collegium accersire, & ab ea
 cognoscere, si ea ex se I E S V M pe-
 perisset, & quod mariti nomen fu-
 isset. Ita ergo matrem I E S V in col-
 legium accersitam, hoc pacto his *Melchise-*
 de rebus sciscitati sunt. Posteaquā *dech.*
 sacerdos ille, quicūq; fuerat, uita fū-
 ctus est, & in eius locum filiū tu-
 um creare uolumus sacerdotem: est
 autem consuetudo, parentū nomi-
 na in codicem referre: dic nobis
 quesumus, si I E S V filius tuus est,
 & si eum peperisti? Quod quum *In prima na-*
 Maria accepisset, sacerdotibus re- *tiuitate le-*
 spondit: I E S V M quidem filiū meū *sus ἀπότορ*
 esse fateor, ego enim in lucē edidi. *fuit, quasi-*

b Testes

DE IESV CHRISTI

*ne officio
matris à so-
lo Deo pa-
tre progene-
ratus est. In
secunda ue-
rò carnali à
πατρὶς fuit.
quoniam si-
ne patris of-
ficio uirgina-
li utero pro-
creatus est.
Lactan. lib.
4. Inst. diui.*

Testes sunt uiri, ac mulieres, quæ in
 pariendo affuerunt. Patrem uerò in
 terra nullum ei esse, ac nullum un-
 quam fuisse, licebit ut lubet, donec
 à me uobis satisfactum esse putetis,
 exquirere. Nam quum uirgo essem,
 & in Galilæa moram traherem, ange-
 lus Domini, uigilante me, & non
 dormiente, cubiculum ubi ineram
 ingressus, nunciauit mihi, ex spiri-
 tu sancto filium me parituram, ius-
 sitque ut ei IESV nomen imponerem.
 Virgo igitur cum essem, post hanc
 uisionem statim concepi, & filium
 peperì, & post partum uirgo perman-
 si. Quibus auditis, sacerdotes obste-
 trices sanè fideles, ac peritas accer-
 sendas curauerunt: Et utrum Maria
 uerè adhuc uirgo esset, curiosius ex-
 quirerent, mandauerunt. Obstetri-
 ces ergo periculo factò, re perspecta
 ac cognita, Mariam uirginem esse sa-
 cerdotibus affirmauerunt. Nec de-
 fuerunt,

Attende.

SACERDOTIO

fuerunt, quæ in partu casu affue-
 rant, & parientem uiderant mulie-
 res : quarum omnium testimonio
 I E S V M Mariæ filium cognoue-
 runt. Quibus acceptis, sacerdotes
 stupore affecti Marię responderūt,
 rursus ab ea sciscitātes. Dic nobis,
 inquit, audacter, ut ex tuo ore,
 cuius sit, et cuius filius sit, diligenti-
 us audiamus, & eius nomen in co-
 dicem referamus. Quos enim tu pa-
 rentes nobis edideris, hos, et non a-
 lios, nos codici inscribemus. Re-
 spondens Maria. Equidem (inquit
 sacerdotibus) illum peperit, nec qui
 in terra pater eius sit, scio : sed ab an-
 gelo sic accepi, Dei filium hunc es-
 se, filius igitur meus est, quam Ma-
 riam dicunt : & Dei filius. Ego uerò
 quum nemo me cognouerit, uirgo
 sum. His cognitis, sacerdotes codi-
 cem attulerunt, & I E S V nomen ita
 subscripserūt. Hoc die diem suū obi-
 b 2 it sacer-

DE IESV CHRISTI

Mirabile di it sacerdos, quocūq; is nomine ap-
ctu. pelletur, filius horum, aut illorum,
 „ quoscūq; parentes habuisset: Et
 „ communi omnium nostrū suffra-
 „ gio substitutus est ei IESVS, filius
 „ Dei uiuentis, & Mariæ uirginis.
 „ Codex autem diligenter seruatus
 est, et ex templo ereptus ab his, qui
 circa templi & urbis captiuitatem
 inter Iudæos principatum obtine-
 bant: & Tyberiadē repositus est.
 Atq; hoc quidem arcanum paucis
 admodum, et his quidem gentis no-
 stræ studiosissimis & fidelissimis co-
 gnitum: quamobrem mihi quoq;
 ut principi, et Iudeorum gentis ma-
 gistro reuelatum est. Non enim so-
 lum ex lege & Prophetis abunde
 percepimus, CHRISTVM, quem
 uos Christiani adoratis, ipsum esse,
 qui Dei uiui filius sit, & ad mundi
 salutem in terram uenerit: sed ab
 ea quoque quæ in hunc usq; diem
 serua-

SACERDOTIO.

seruatur, & Tyberiadē reposita est, descriptione. Hoc homo Christianus quum ab homine Iudæo audisset, diuino quodam zelo permotus dixit. Quin tu statim religiosissimo ac fidelissimo regi hæc referas. Equidem ista quæ modò dixisti, ad eum statim deferam, ut Tyberiadem mittat: & codicē, quem dicis, ad redarguendam Iudæorum perfidiam, quamprimum perferendum curet. Tum Iudæus: Quid tibi, inquit, in mentem uenit, his de rebus ad regem referre? & tamen id quod tantopere studes, non assequi? Nam si hæc feceris, magnum profectò bellum excitabitur, multi occidentur. ac si se uictos Iudæi senserint, mihi crede, locum, in quo repositus est codex, comburent, & re infecta id quod uehementer studebamus, nō assecuti, incassum laborauerimus: cruoris et stragis tantummodo cau-

DE IESV CHRISTI

sam attulerimus. Hæc autem tibi amicissimo idcirco aperui, ut non ex iusticia, sed stulta quadam opinione, & inani cupiditate, religionem hanc uestram me deprecari, ac omnino recusare, firmiter credas. Hæc de Iudæo Christianus quum audisset, & quæ ab eo dicerentur, uera sibi esse persuasisset, regi Iustiniano rem, quam acceperat, indicandam non censuit: ne Dei zelo fidelissimus rex percitus, bellum Iudæis inferret, & multum cruoris effunderet, & tamen quod summo studio cuperet non obtineret. Et multis tamen notis ac familiaribus ea, quæ à Iudæo acceperat, communicauit. Quæ nos ab his, qui de Philippo argentario hæc ipsa audierant, cum diligenter cognouissemus, summa cura ac studio operam dedimus, ut diligenter sciremus, essent ne uera, quæ in huiusmodi descriptione Iudæus

SACERDOTIO.

dæus Philippo retulisset. Accuratè
 igitur omnia perscrutati, inueni-
 mus, Iosephũ scriptorem iudæum
 elegantissimum, qui bellum Iudai-
 cū monimentis mandauit, cuius in
 Ecclesiast. historia Eusebius Pam-
 philus sæpe meminit, in suis moni-
 mentis apertè testificari, ac dicere,
 I E S V M in templo unà cum reli-
 quis sacerdotibus castè & sanctè a-
 gere solitum. Hæc nos cum ab ho-
 mine antiquo, & scriptore elegan-
 tissimo Iosepho scripta ac testata
 esse inueniremus, ac tempore non
 multo post Apostolorum tempo-
 ra fuisse inueniremus, magnopere
 laborauimus, si quid ex Sacris scri-
 pturis hæc ipsa confirmaret, ut in-
 ueniremus, Legitur βασιλῶν lib. 1.
 cap. 2. in fine. Et suscitabo mihi,
 dicit Dominus, sacerdotem fidelẽ,
 qui omnia quæ sunt in corde meo
 faciat, & ædificabo ei domum fide-
 lem,

Eusebius de
 Iosepho lib.
 3. capit. 9.

“
 “
 “
 “

DE IESV CHRISTI

” lem, & transibit in conspectu meo
 ” omnib. diebus. Item Psalmo 109.
 ” Tu es sacerdos in æternū, secundū
 ” ordinem Melchisedech. Quis autē
 futurus esset, cui æternum sacerdo-
 tium Deus pollicebatur, Zachari-
 as etiam nomine posito apertissime
 ” docuit cap. 3. sic enim dicit. Et o-
 ” stendit mihi Dominus Deus I E-
 ” S V M sacerdotem magnū, stantem
 ” ante faciem angeli Domini, & Sa-
 ” tan stabat à dextris ipsius, ut aduer-
 saretur ei. Rursus sub finem. Au-
 ” di itaq; I E S V sacerdos magne. Por-
 rò quod Christus in synagogis &
 docuerit, et legerit, multis etiā con-
 probatur testimonijs. Lu. 2. Inuen-
 ” tus est I E S V S in templo, sedens in
 ” medio doctorum, audiens illos, &
 ” interrogans eos. Stupebant autem
 ” omnes, qui eum audiebant, super
 ” intelligentia & responsis eius : &
 uiso eo admirati sunt. Item Luc. 4.
 Et

SACERDOTIO.

Et ipse docebat in synagogis, eorū
 & glorificabatur ab omnib. Item
 Intrauit secundum cōsuetudinem
 suam die sabbatorū in synagogam
 & surrexit ut legeret, & traditus est
 ei liber Esaiæ propheta: & ut expli-
 cuit librum, inuenit locum ubi scri-
 ptum erat: Spiritus Domini super
 me, &c. & complicato libro reddi-
 dit ministro, ac resedit. Et omnium
 in synagoga oculi erant affixi in e-
 um. Cœpit autem dicere ad illos
 Hodie impleta est hæc scriptura in
 auribus uestris, et omnes testimoni-
 um illi dabant, et mirabantur super
 gratia sermonum, qui procedebāt
 ex ore ipsius. Item Matth. 5. Cum
 sedisset, aperuit os suum, et docebat
 eos. Marc. 6. I E S V S docens in sy-
 nagogis eorum. Diligentius igi-
 tur Iudeorum instituta animo repu-
 tantes, in eam sententiã uenimus,
 ut nisi aliquod religionis ac creemo

DE IESV SACERD.

12 nia munus apud Iudæos CHRIS-
 13 TVS habuisset, nequaquam librū
 14 illi in synagoga ut audienti popu-
 15 lo legeret, allatū, atq; ei datū crede-
 16 remus. Neq; enim apud nos Chri-
 17 stianos cuiquam prophano licet in
 18 ecclesia aliquid de scripturis sanctis
 19 legere, nisi in sacerdotū numerum
 20 allectus esset. Itaq; & ex Iosephi hi-
 21 storia, & ex Lucae Euang. alijsq; lo-
 22 cis cognouimus, Theodosiū Iudæ-
 23 um Philippo argentario, cuius ini-
 24 tio mentionem fecimus, nihil fictū
 25 aut falsum narrasse, sed arcanum,
 26 quod antè à Iudæis suppressū et oc-
 27 cultatum fuerat, Philippo tanq; ho-
 28 mini amicissimo & coniunctissimo
 29 uerissimè, & fidelissimè, ut ami-
 30 cum ac maximè necessarium
 31 decebat, aperuisse.

FINIS.

IACOBVS ANTONIVS
MARCELLVS RHENATO SI
ciliae regi illustrissimo S. D.



ISI pridie maiestati
tuæ narratiunculam
quandam de IESV
CHRISTI sacerdo-
tio, quã tibi iucundissi-
mam fore existimaui, quod & res
noua erat, & religioni nostræ con-
sentanea, hanc ego perfectissimam
esse existimans, ac nihil prorsus ei
deesse, idcirco ad te mittendam pu-
taui, ut legens uoluptatem simul, &
consolationem aliquam in aduer-
sis tuis acciperes. Nunc autem,
quum alius uir sanè doctus, & mi-
hi perfamiliaris, superiorẽ transla-
tionem perlegisset, sibiq; non satis
absolutam ac perpolitam uideri di-
xisset, rogatus à me, rursus eam in
Latinũ conuertit. Nihil enim à me
in te, & maiestatem tuam, aut man-
cum,

E P I S T O L A.

cum, aut imperfectum proficisci, aut regio decori cōuenire existimaui, præsertim, cum præter maiestatis tuæ amplitudinem, omnia in te perfecta sint, uirtus, ingenium, maximarumq; rerum usus, & doctrina. Hanc igitur cum acceperis, & perlegeris, cum arbitrato tuo, ultra magis delectabit, ea uteris & in maximis negotijs. Hanc liberalem oblectationem adhibere, non alienū esse iudicabis. Non enim, quæ tua prudentia est, & in legendo studiū, ignoras maximos duces, & amplissimos reges, & in bellis gerendis, non modò in pace atq; ocio, doctissimorum uirorum monumenta uel traderent conficere solitos. Itaq; & Alexandrum expeditione illa aduersus Barbaros suscepta, nunquā requiescere solitū, quin Homerum poëtarum elegantissimum, uitæ & rerum

Alexander
Macedo
prætermodum
Homerum
delectatus.

E P I S T O L A.

rerum gerendarum magistrum, capiti suppositum haberet: quem ubi ocium esset, & à rebus gerendis uacaret, diligēter legeret. Et C. Cæsar talis ac tantus uir, Romanorū dux, quum in Galliam bellum gereret, cōmentarios belli ciuilis composuisse dicitur. His tu et nomine et uirtute non impar, sed & religione & rerum diuinarum sensu longè præstantior, eo libētius inter maximas occupationes tuas hæc leges, quo et diuiniora sunt, & ad spem futurorū animos nostros uehementius erigunt, & fortunæ casib. fatigatos recreant atq; confirmāt. Quod si huiusmodi donis et munerib. maiestatem tuā delectari intellexerimus, dabimus operā, ut in hoc genere et studio tuo, & amori, et obseruantia in te nostræ abūde satisfaciamus. Vale opt. rex, & nos M. T. deditos suscipe, & commendatos habe.

GEORGIVS HERMONY
MVSSPARTANVS, PRAE-
stantiss. munificentissimoq; uiro domino
Germano Ganæio S. D.

Non fatis est mortalium generi
traditam literis fuisse uitam
optimorum uirorum, summorum
que ducum, ac maximorum impe-
ratorum; Etenim oportuit etiam
flagitiosissimorum, facinorosissi-
morum que hominum mores, in-
genium que memoriae, posterita-
ti que cognoscendum dare. Nam
ut non inuenti fuissent qui patriam
tutarentur, nisi forent, qui obpu-
gnarent: ita non eniteret sanctissi-
morum uita, nisi literarum benefi-
cio noti nobis essent scelestissimi.
ut comparatione summarum uir-
tutum, uitiorum que, quantum u-
trinque interuallum intercederet,
deprehendi posset. Legisti uitas
integerrimorum, praestantissimo-
rum que

EPISTOLA.

rum que uirtutibus uirorum: Le-
ge, oro, uitam Machometi orbis
euerforis. hanc enim Latinam è
Græca nomini tuo feci, ut cogni-
tis summis eius sceleribus, sancti-
tas cæterorum quos legisti, magis
ac magis illustris probata que tibi
sit, & per te reliquis nota. Va-
le, decus ac columen uni-
cum nostrum;

MACHOMETI CHRISTI-
ANAE FIDEI INIMICI VI-

ta à Georgio Heronymo Sparta
no Latinitati donata.

Initium regni Constantis
nepotis Heraclij.



OST Constantinum
regnauit Constans ip-
sius filius, annos XX
VII. Sub quo ma-
gnus & atrox uentus
spirans, multas quidem arbores, &
longè maximas radicitus euulsit,
multas etiam columnas claustro-
rum columniatorum apud mona-
chos deiecit: & Saracenorum dux
ac falsus propheta Machometus,
ex quadam tribu peruetere, ex Is-
maële filio Abraam oriundus, ger-
minauit. Nizarus equidem Ismaë-
lis nepos, ipsorum omnium pater
perhibetur. Is enim genuit filios du-
os: Mudarum scilicet, & Rabiam.
Muda-

*Machometi
genus.*

V I T A.

Mударus autem progenuit Cufarum, Caitū, & Themimam, & Asadum, et quosdam alios ignoto nomine. qui Madianiticū desertū sortiti, armenta pascebant, tentoria incolētes. Sunt autem & alij his interiores, non ex illorum, sed ex Ictanica tribu, qui dicti Homerice, hoc est, Ammanice. Inopia ergo ductus Machometus, cuidam fem ne diuiti, et genere claro, cui nomen Chaida erat, mercenarium se forte praeiuit, regendorum camelorum & mercaturae gratia: quam exercuit cum contribulibus suis, in Aegypto, & Palæstina, exin paulatim audens, ac insinuans se mulieri uidue, ipsam matrimonio sibi iunxit: & moratus in Palæstina. & uersatus cum Iudæis, Christianisq̄, captabat sermones, et ea quæ in scripturis tradita sunt. Laborabat autem morbo *Machometum comi-*
c ob rem

tiali morbo
laborasse.

Arianus mo-
nachus.

ob rem dolore ingenti angebatur.
utpote ipsa illustris & prædiues, &
huiusmodi uiro non inopi modo,
sed & qui epilectico morbo corri-
peretur, coniuncta, quam confu-
tans, ita dictitabat : uisu horrendū
uideo angelum, nomine Gabrie-
lem, et non tolerans ipsius aspectū,
animo deficio, & concido. Credi-
dit autem ipsi, astipulante per men-
daciū Ariano quodam, qui solo
nomine monachus erat, ac ad id
turpis quæstus gratia inducebatur,
quicq̃ tandem et ipsum decepit. Ita-
que mulier decepta, cæteris mulieri-
bus contribulib, ipsius prædicauit,
illum prophetam esse. Peruenit au-
tem ipsius fraudis mendaciū ad ui-
rū principem regionis nomine Bu-
barchi, uxor uero mortua, hūc suc-
cessorē et heredem reliquit. Hac igi-
tur ex re factus est illustriss, ac prædi-
ues, & obtinuit hīc scelestus error,
& hæ-

V I T A.

& hæresis ipsius, partes Ethribi. is
 prophanus, & flagitiosus, uersatus
 cum Hebreis, & Christianis iam-
 pridem Arianis, & Nestorianis, &
 undiq; in unum conferens, à Iudæ-
 is uniuersū Dei principatū, ex Aria-
 nis uerbū & spiritus creatos, à Ne-
 storianis adorationē hominis, com-
 posuit religionem, & prætextu co-
 gnoscendi Dei gentem adducens
 edocuit: illos, ut circumciderent &
 mares, & fœminas, & unum solum
 Deum adorare: Deum Christum
 autem uenerari, ut uerbum Dei,
 non ut filium, sed ex spiritu sancto
 procedentem. Verbum autem, &
 spiritum prolatum, & in aëre pro-
 fusum subintelligere, non coëssenti-
 alia, nec patri consubstantialia. San-
 ctam uerò uirginem Mariam non
 dicitandā esse Dei matrem, sed A-
 ronis & Moylis sororem habendā.
 Non esse baptizandū, neq; sabbati

*Machometi
 hæresis.*

M A C H O M E T I

zandū, ipsos edocuit: neq; legales,
 neq; euangelicos ritus sectādos, sed
 abominandam crucem, & fatendū
 umbram CHRISTI crucifixam.
 Admonuit ipsos prorsus lege inter-
 dictis uesci, præter carnes suillas: ui-
 no autem nequaquam uti. Huius-
 modi fabulatus, clauigerum semet-
 ipsum effectum paradisi. Quamob-
 rem in die iudicij, postquā affiterit
 Moyses cum Israëliis, tanquā trans-
 gressores legis punitioni ignis tradi-
 tum iri. Rursus fore, ut IESVM assi-
 stat, & abnuet corā Deo, quod non
 dixit ipsum esse filiū Dei. Christia-
 nos autem, quod ausi fuerint inge-
 rere CHRISTO hoc nomen, quod
 Deum ipsum eundemq; & filium,
 & uerbum incarnatum, & crucifi-
 xum dogmatizent, geennæ ignis
 traditum iri. Deinde seipsum dicit
 à Deo nominatum maximè pium,
 quòd totius gentis Dei colendi au-
 ctor

ctor fuerit, laudem assequuturum,
 & huius gratia paradisi clauis pos-
 sessurum. Et quum ab aliquo ado-
 perta fuerit paradifus, fore ut unà
 cum ipfo undiq; introeant sexagin-
 ta milia eorum, qui ad hoc concur-
 rere poterunt. Reliquos uerò iudi-
 catum iri. Et iusti quidem sine con-
 trouersia delicijs perfruentur: ijs ue-
 rò qui comperti fuerint peccatores
 esse, ad collum religata signacula,
 quibus in paradifum recipiantur.
 Hosq; uocatum iri libertos Dei, &
 Machometi. Esse uerò tria flumina
 in paradiso, unum mellis, alterum
 lactis, tertium uini. Quorum, quod
 quisq; uoluerit, participare poterit,
 & inde impleri: mulieres uerò ipsis
 praesto esse, ac fore, ut illæ eos co-
 mant, eis que prorsus inseruiant ad
 corporis amatoriam uoluptatem.
 Iudæos & Christianos fore ligno-
 rum loco, ut ignis fiant. Reliquos

MACHOMETI

futuros Samaritas, qui efferant, ac
 euerrant sterco ex Paradiso, ne gra-
 uiter oleat Paradisus. Vnumquēq;
 uerò, ut hic uel in paupertate, uel di-
 uitijs, uel ignobilitate uitam egerit,
 ita & illic acturū, dicit, Deum boni
 maliq; autorē: & quicquid homini
 accidit, siue ex diaboli tentatione, si-
 ue ex alia cuiusq; ignauia, causā esse
 diuinā prouidentiam. Sidus autem
 quod idololatrę Venerē uocitarūt,
 quam Cubarū lingua ipsorum ap-
 pellant, sermone nostro magna in-
 terpretatur. Permanent autem in er-
 rore hoc ad hodiernū usq; diem, Ve-
 nerem deā appellātes. Ne autem ui-
 deamur iniquē ipsum accusare, de-
 clarabimus magnū arcanū ipsorū.
 Continentur autem hæc uerba in
 oratione eorum, Alla alla uacubar
 Alla interpretatur Deus deus. Va
 uerò, maior: Cubar autē magna seu
 Luna et Venus, quod sic interpreta-
 tur:

*Veneris cul-
 tus.*

*Saracenorū
 oratio.*

V I T A.

tur: Deus deus maximus, et magna
 Luna, seu Venus dea, quā quidem
 orationē non dicunt corā omnibus
 sed priuatim in arcanis, ueriti repre-
 hensionem. Post obitū autem Ma-
 chometi apparuit stella quędam in
 meridiē uersa, quę uocatur trabalis
 oblōga, in speciem gladij, porten-
 dens Arabū uictoriā, & durauit 30
 dies, à meridie usq; ad septentrionē:
 qua tempestate militantes Arabes
 antē nominati, nunc autem Sara-
 ceni, et Arabiam relinquentes, per-
 uenerunt ad partes Damasci ingen-
 ti multitudine. quod quidem, cum
 audiuissent Banes & Basilicus du-
 ces orientis, in ipsos irruerunt. Pu-
 gnantes autem superantur Chri-
 stiani, uento enim spirante con-
 tra Christianos tempestuoso, non
 potuerunt aspicere hostes ob ni-
 mium puluerem: uertentes au-
 tem terga, aufugiunt. Hoc pacto

*Christiani
 ad Damas-
 cum supe-
 rati.*

1

MACHOMETI

uictoriae potiti Saraceni, ad Damascum usque peruenerunt: quam expugnantes, nec non omnes regiones Phoeniciae, easdem nunc regiones incolunt.

F I N I S.

DE IESV CHRISTI SA-
CERDOTIO NARRATIVN-
cula, e Suida.



Ν ΤΟΙΣ χρόνοις τῷ εἰσε-
βασίῳ βασιλεὺς Ἰσινιανῶ,
γένονεν ἀνδρῶος τις ἀρ-
χηγὸς τῷ Ἰσδαιῶν, Θεοδ-

σιος ὄνομα αὐτῷ, ὃς πλείοις τῶν χριστια-
νῶν γνωστὸς ὑπῆρχε καὶ αὐτῷ τῷ μνημο-
νιδεῖντι τῷ βασιλεῖ, κατὰ δὲ αὐτῶ χρό-
νος ἐκείνος ἦν τις ἀνδρῶος χριστιανός, Φί-
λιππος ὄνομα αὐτῷ, τῷ μέθοδου ἀργυ-
ροπράτης, ὅτος γνωστὸς ἔχων τὰ πρὸς τὸν
Θεοδότου, καὶ πολλῶν πρὸς αὐτὸν σώζων
τὴν γνησιότητα, πθετρῆπετο αὐτὸν καὶ
ἐνθάδε γενέσθαι χριστιανόν, ἐν μιᾷ ἡμῶν τῶν
ἡμερῶν, ὃ πθελεθεὶς Φίλιππος πρὸς τὸν
λεχθέντα Θεοδότου, τῶν αὐτὰ πῖνα ἔλεγε.
τὶ δὴ ὡστε σοφὸς ἀνὴρ ὑπάρχων, ὃ ἀκρι-
βῶς ἐπιστάμενος τὰ τῶ νόμου καὶ τῶν πθ-
φητῶν κηρυγμῶν παρὰ τῶ δευτέρου
χριστοῦ, ὃ πιστεύει αὐτῷ, καὶ γίνη χριστια-
νός. ὡς περὶ μαί γὰρ ὡς εἶπε, ὅτι ἔκ ἀγνο-

ἐν τὰ τῶν θεοπνεύτων γραφῶν προλεχ-
θέντα πόδι τῆς τῆ κοινῆς ἡμῶν δευτέρας
χριστῶ, παρρησίας παραιτῆ τῆ γενέσθαι χρι-
σιανός. ἀποδύω ἔμ σαῶσαι τὴν σεαυτῶ ψυ-
χὴν, τοισδύω εἰς τὸν σωτήρα ἢ κύριον ἡ-
μῶν ἰησοῦν χριστόν, ἵνα μὴ ἐπιμένω τῆ ἀ-
πιστί, κρίσει αἰωνία ὑπεύθωου σεαυτῶ
κατασῆσις. ταῦτα ἀκούσας ὁ ἰουδαῖος πα-
ρὰ τῶ χριστιανῶ λεγόμενα πρὸς αὐτόν, ἀπε-
δίξατο αὐτόν, ἐν χαριστίας τε αὐτῶ τὰς
θεῶ λόγων πρὸς ἡγάγε, καὶ τοιαῦτα πρὸς
αὐτῶν ἀπεκρίνατο· ἀποδέχομαι τὴν ἡ-
θειῶν σου ἀγάπην, ὅτι τὰ ἕπερ τῆς σωτηρίας
τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἀποδίδωμι, ἀγὼν ἡ χρι-
σιανός με γενέσθαι προφρεπόμενος. διὸ ὡς ἐ-
πι τῶ θεῶ τῶ τὰ κρυπῆσθαι τῶν καρδιῶν ἐπι-
σαμίνος, ὅ δειρῶντῶ, ἀδολῶς καὶ ἀνυ-
ποκρίτως, καὶ μετὰ πάσης ἀλιθείας τὸς
πρὸς σε λόγους ποιήσομαι. ὅτι μὲν ἔμ πα-
ραγέγονε ὁ ὑπὸ τῶ νόμου καὶ τῶν προφη-
τῶν προκεκηρυγμένῶ χριστός, οὐφ ἡμῶν
τῶν χριστιανῶν προσκωδόμενῶ, πεπληρο-
φόρημα ὁμολογῶ τε βαρῶ κκῶς, ὡς πρὸς
γνωσιόν με εἶλον, καὶ τὰ πρὸς ἐνεργεσίαν

μοι αἰσθασιάζοντα, ἀλλ' ἀνθρῶπινω λο-
γισμῶ κρατέμεν, ὃ γίνομαι χριστιανός,
καὶ ἐν τοῖσι καταγινώσκω ἐμαυτῶ. νῦν
γὰρ ἰδοῦμαι ὑπέροχον, ἀρχηγός εἰμι τῶν
ἰσθασίων, καὶ τιμῆς πολλῆς ἐν δούλων πολ-
λῶν, καὶ πάντων τῶν πρὸς τὴν ζωὴν ταυ-
τὴν ἐπιτηδείων ἐν ἀπολαύσει τυχεύ-
ων. ὑπολαμβάνω δὲ, ὅτι ὅδε ἦν πατρι-
άρχης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας γίνομαι,
ἢ ἀρχὰς μείζονας καὶ ὑπεροχὰς λαμβάνω
παρ' ὑμῶν, ἡσυχίας θεραπείας ἀξιοθήσο-
μαι. ἵνα ὅτι μὴ τῶν δοκούντων εἶναι τῶν
ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐκπίσω, καταφρονῶ τῆς
μελλούσης ζωῆς, κακῶς τὸ τοιοῦτον, ἵνα δὲ
τὸς λόγους μου ἀλιθεῖς τῆ σὴ ἀγάπῃ πα-
ραστήσω, θαρσύνω σοι μυστήριον, ὃ ὅτι παρ' ὑ-
μῶν τοῖς ἑβραίοις ἀποκεκρυμμένον, ὃ ὅτι ἀ-
κριβῶς ἐπιστάμεθα, ὅτι ὁ ὑφ' ὑμῶν τῶν χρι-
στιανῶν πλοσκαυόμενός χριστός, αὐτὸς ὅστις
ὁ ὑπὸ τῷ νόμῳ καὶ τῶν πλοσφητῶν πλοσ-
κεκρυμμένός. ὃ μόνον ὃ ἑαυτῶν τῶ πλο-
σκεκρυμμένων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶ παρ' ἡμῶν ἐν
ἀπογεγραφοῦ καὶ ἀποκεκρυμμένον μυστήριον,
ἔστι δὲ ὁ λόγός τὸ μυστήριον τοιοῦτος· κατὰ

τὸς ἀρχαίους χρόνους, ἡνίκα ὁ ἐν ἱεροσολύ-
μοις νεὸς ἐκτίζετο, σωθήδεια ἢ πᾶσι τοῖς
Ἰσραηλίοις, ἰσπερὶ μὲν τῶν παρ' ἡμῶν γραμ-
μάτων εἰκοσιδύο τυγχανόντων, ἱερεῖς γὰρ
τῷ ναῷ καθίσταται, ὅθεν ὁ τὰ θεόπνευστα
Βιβλία εἰκοσιδύο ἀπαριθμῶμεθα, κἀδὲ κἄν
ἔν ἀπέκειτο γὰρ τῷ ναῷ, ἐν ᾧ ἐπεγράφετο
ἐκάστῳ ἱερέως τῶν κβ, ἢ πτωχηγρία, καὶ τὸ
ὄνομα τῆς πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς μητρὸς.
ἑνὸς δὲν τελευτήσαντος τῶν ἱερέων, οἱ
λοιποὶ σωθήροντο ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἐκ κοι-
νῆς ψηφίσματος καθίσταντο ἀντὶ τελευτήσαν-
τος ἑτέρου ἱερέα, πληρῶντες τὸν ἀριθμὸν
τῶν κβ ἱερέων, καὶ ἐπεγράφετο ἐν τῷ κώ-
δικι ὅτι τῆδε τῆς ἡμέρας ἐτελεύτησεν ὁ δαί-
να ἱερέως, ὁ ὕος τῆδε ὁ τῆς δε, ὁ αὐτὸς αὐτοῦ
πτωχεγριάδης ὁ δαίνας, ὁ ὕος τῆς καὶ τῆς δε.
τότε οὖν τὸ ἔθνος κρατῶντος ἐν τῷ ἔθνει
τῶν Ἰσραηλίων, σωθήροντο κατὰ τὸς χρόνους ἐ-
κείνους, καθ' ὃς ὁ ἰησοῦς ἐν τῇ Ἰσραηλῆϊ διέβη,
τελευτήσασαι ἕνα ἐκ τῶν κβ ἱερέων· πρὶν
ἄρξῃται ἐμφανίζεσθαι αὐτὸν ὁ ἰησοῦς, καὶ δι-
δάσκειν τοὺς ἀνθρώπους εἰς αὐ-
τόν. σωθήροντο οἱ λοιποὶ ἱερεῖς ὑπὲρ τῶν
πενήσασαι

ποιήσαι ἀντὶ τῶ τελυτήσαντ^θ ἑπερο
ιέρια, καὶ ἐκάστῃ προβαλλομένη τὸν νομι-
ζόμενον αὐτῶ ἄξιον τῶ γενέσθαι, οἱ λοιποὶ
τῶτον ὡς ἐλαπὼς ἔχοντα πρὸς ἀρετῶν,
ὅς ἢς ὀφείλει κατασλῶαι ἱερέως, ἀπεδοκί-
μαζον. εἰ γὰρ σοφὸς ἦν, ἦθει τε καὶ βίῳ χρ-
σός, ἐν ἀγνοίᾳ δὲ τῶ νόμου καὶ τῶν προφη-
τῶν ἐτύχανεν, ἀπρόσφορ^θ ἱερατείας
ἐκρίνετο. ὅτως ἔν πολλῶν ἱερέων ψηφι-
δεντων, καὶ πάντων ἀρδοκιμαδέντων,
εἰς πρὸς ἱερέως ἐγερθεῖς ἐς τὸ μέσον, καὶ λέ-
γει τοῖς λοιποῖς. ἰδὲ πολλοὶ ὑφ' ὑμῶν ὀ-
νομαδέντες ἀνεπιτήδαιοι εὐρέθησαν πρὸς
ἱεροσύλω. διέξαδε ἔν καμὲ λέγοντα πόδα
ἑνὸς ἀνθρώπου, ὀφείλοντ^θ προχειριδύωαι
ἀντὶ τε λυτήσαντ^θ ἱερέως. ὑπολαμβάν-
νω γὰρ, ὅτι ἔσθεις ὅς ὑμῶν ἀπ' ἐπιδήσεται
τῶ παρ' ἐμῶ γενόμενῳ ψηφισματι. ἐπιτρε-
ψάντων δὲ τῶν λοιπῶν ἱερέων, εἴπω, ὅτι
βέλομαι ἐγὼ γενέσθαι ἀντὶ τε λυτήσαν-
τος ἱερέως, ἰσοῦν τὸν ἦον ἰωσήφ τῶ τέκτο-
ν^θ. ὅστις νέος μὲν τῆ ἡλικία ἐστὶ, λόγῳ δὲ
καὶ βίῳ καὶ ἠθέσι χρυσῶς κεκόσμηται. καὶ
ὑπολαμβάνω μηδένα ποτὲ τῶν ἀνθρώ-
πων

ἔωσαν ὀφθῆναι ἐν λόγῳ, ἢ ἐν βίῳ, ἢ ἐν ἡθεσὶ
τοῦτο, οἷός ἐστιν ὅτος, ὅ οἶμαι ὑμῖν πᾶ-
σιν τοῖς οἰκδοσῖν ἐν ἱερῶν ἀλήμ τῶν γνωσῶν
κὴ ἀναντήρητον ὑπάρχειν. ἀκόσαντες δὲ τὸ
λόγον τῶτον οἱ λοιποὶ ἱερεῖς, ἀπεδέξαντο
τὸν ἀνδρα, κὴ ἐβεβαίωσαν τὸ ψήφισμα,
ἐπιτήθειον εἶναι ὑπὲρ πάντα ἀνθρώπων
εἰς ἱερωσύλῳ τὸν ἰσοῦν εἰρηκότες. ἔλε-
γον δ' ἐπινεσ ποδὶ αὐτοῦ, μὴ εἶναι ἐκ φυλῆς
λευῖ, ἀλλ' ἐκ φυλῆς ἰσδρα τυγαίνου. τοῦ
ἰωσήφ τε ἕπον αὐτὸν ὑπολαμβάνοντες εἶναι
(ὅτω γὰρ πρὸ ἰσδραίοις ἐρχοματίζετο, τὸν
ἰωσήφ ἐκ φυλῆς ἰσδρα, ὅκ ἐκ φυλῆς λευῖ
κατάγειται) ἐμαρτύρησεν πάντα. καὶ τῶ-
τε ἐνεκεν ὡς τῶ δοκεῖν μὴ ὄντα αὐτὸν ἐκ
φυλῆς λευιτικῆς, ἐκάλυσεν γενέσθαι ἱερέα. ὁ
δὲ τοῦτον ὀνομάσας ἱερέως, ἀποκριθεὶς πρὸς
αὐτὸς εἶπε, μικτόν εἶναι τὸ γένος αὐτῶ. πᾶ-
σαι γὰρ ἐν γηναῖς ἀρχαίαις ἐπιμείξια τις
γένονε τῶν ἑνὸς φυλῶν, καὶ εἶθεν κατάγει-
ται τὸ γένος τοῦ ἰωσήφ. τοῦτο ἔν ἀκόσαν-
τες οἱ λοιποὶ ἱερεῖς. σιωπήσαντες τῶ ψήφισ-
ματι, καὶ κρινῆ Βυλὶ πᾶσι τοῖς σιωπῶν
σιν ἱερῶσιν, ἔδωκεν ἀντὶ τοῦ τελευτή-
σαντος

παντος ιερέου τον ιησοῦν κατασησας, τῆς
δὲ σωτηρίας ἔχουσι, μὴ μόνον τὸ ὄνομα
τοῦ γινωσκόντος ἱερέως ἀπογραφήναι ἐν τῷ
κώδικι, ἀλλὰ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μη-
τρὸς αὐτοῦ, εἴ ποτε τινὲς αὐτῶν, ὀφείλοιν αὐ-
τὸς πρῶτον καλεῖσαι τὸς γονεῖς, ἢ πᾶσι αὐ-
τῶν μαθεῖν τὰ ὀνόματα αὐτῶν, λαθεῖν δὲ
καὶ κατὰθεσιμ αὐτῶν, εἰ ἕως αὐτῶν ἔσιμ ὁ
πρὸς ἱεροσύνῳ προχειροζόμενος. καὶ ἤρξατο
τοῦτο πᾶσι, ὃ ἔν προνομίας τον ιησοῦν
γενέσθαι ἱερέα, ἔλεγε τετελεύτηκέναι ἰα-
σήφ τον πατέρα ἰησοῦ, μόνῳ δὲ τῷ τότε
ζῶντι μητέρα. σωῆκαμ ἔν ἅπαντες, ἀγχα-
γῆν τῷ μητέρα αὐτοῦ εἰς τὸ σωῆδριον,
ἢ μαθεῖν πᾶσι αὐτῆς εἰ μητῆρ τυγχάνει οὗ
ἰησοῦ, ἢ εἰ αὐτὴ ἔτεκεν αὐτὸν, καὶ τὸ ὄνομα
τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἀκούσαι, ὃς ἔτεκε τον
ἰησοῦν, καὶ διὰ τὸ πᾶσι ἀρέσαντος, ἐ-
κάλεσαν τῷ μητέρα του ἰησοῦ, ἢ εἴ ποτε
πρὸς αὐτῷ, ἐπειδή ποτὸ δίδενα ἱερέως ἔτε-
λεύτησεν, ὁ ἕως του δε καὶ τῆς δε, καὶ βολό-
μεθα ἀντ' ἐκείνου ποιῆσαι τον ἕομόσιν ἰησοῦν,
ἢ δὲ εἰσιμ ἀπογράφεται τὸ ὄνομα του
πατρὸς

πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς, εἰπὲ ἡμῖν εἰ ὁ ἰησοῦς
ἦ ὁσὸς ἐσὶ, καὶ εἰ σὺ ἐτίκτες αὐτόν. ἡ δὲ μα-
ρία ἀκύσασα ταῦτα, ἀπεκρίνατο λέγου-
σα πρὸς τοὺς ἱερεῖς, ὅτι μὲν ἦ ὁσὸς ἐστὶν ὁ ἰη-
σοῦς, ὁμολογῶ. ἐγὼ γὰρ ἐγέννησα αὐτόν,
καὶ μαρτυροῦσί μοι οἱ εὐρεθέντες καὶ αἱ εὐ-
ρεθεῖσαι γυναικες πηλοῦς με αὐτόν. ὅτι
δὲ οὐκ ἔχει ἡμεῖς τῆς γῆς πατέρα, πληροφεί-
αμ λάβετε πρὸ ἐμοῦ ὡς βόλεοδε. παρθένα
γὰρ τυγχάνουσιν με, καὶ ἐν τῇ γαλιλαίᾳ
διατριβούσιν, ἀγγελῶ θεῶ ἐγρηγορώσιν
με, ὅ καὶ δουλεύουσιν, εἰσελθὼν ἐν ᾧ ἡμῶν οἰ-
κήματι, εὐηγγελίσατό μοι, ἐκ πνεύματος
ἁγίου καὶ ἐν ᾧ ὄνομα ἐνετέλειτο κα-
λέσαι ἰησοῦν. παρθένα τὸν νῦν ὑπέλαβον
καὶ ἐγέννησα τὸν ἰησοῦν, μέναισα παρ-
θένα μέχρι τῆς σήμερον, καὶ μετὰ τὸ τε-
κεῖν με, ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἱερεῖς, ἐκέλευ-
σαν ἐλθεῖν μαρίας πηλοῦς, καὶ ἐπέτριψαν
αὐταῖς πολυπραγμονῆσαι, εἰ ἐπὶ ἀληθῶς
παρθένα ἐστὶν ἡ μαρία. αἱ δὲ ἐκ τῶν πρα-
γματικῶν λαβούσιν πληροφορίαν, διεβεβαί-
ωσαν το παρθένα αὐτῶν ὑπέλαβον. παρε-
γένοντο

γενοντο δε και αι περιουρησεις, και θεα-
σαι αυτω τι κτισαν, μαρτυρησαι οτι
υος αυτη: εσιμ ο ιησους. εκθαμβοι δε γενο-
μενοι οι ιερεις επι τοις λεγουνοις ηγα μα-
ριαμ και των της μαρτυρησαντων ποδα
το τοκο αυτης, αποκειδεντες επον τη μα-
ρια: ειπε ημιν παρηγοια, ινα εκ το σωμα-
τος σου ακοσωμεν τινος εσι, και τινος υος,
ινα οτως απογραφωμεθα αυτον. δε γαρ ε-
πης ημιν γονεας αυτου, τατους ημεις, κη οχ-
ετους απογραφωμεθα. η δε αποκειδισα
επερ εν αληθεια εγω αυτον εγεννησα, πα-
τερα αυτου ετω γης μη επισαμνη, αλλα
ηγα το αγγελο ηκουσα, υος θεο ειναι αυτου.
κη υος εν εμο της καλαμλης μαριας εσι, κη
ος το θεο, κη μη γυμαμενη παρθενος υπε-
χω. ταυτα ακοσαντες οι ιερεις, ηγα γου του
κωδικα, κη υπεγραψαμ οτως τη δε τη ημε-
ρα ετελυθησαν ιερως ο δεινα, ο υος το δε
κη της δε, κη γεγονη ανι αυτω κοινη ψηφω
παντων ημων ιερως ιησους, ο υος το θεο το
ζωντος, κη μαριας της παρθενου. κη οτος ο κω-
δικη εσωθη ακε τον δε, ασα δε τ τα πρω-
τα φεροντων παρα τοις ιουδαιουσι ηη τον

d και

καιρον της αλωσεως τδ ναδ, και των ιερο-
σολυμων, και αποκειται εν περειαδι. και
το μυσηριον τδ το ολιγισ πανυ εν πισοις
το εθνος ημων εγνωσαι, διο και μοι ως αρα-
χοντι και διδωσκαλω τδ εθνος των ισραηλ
ων απεκαλυφθη, ο μονον γαρ εκ τδ νομου
και των προφητων πεπληροφρομεθα, οτι ο
υφ υμων των χριστιανων προσκωδμεν
χριστος, αυτος ειμι ο υος τδ θεου τδ ζωντος,
ο επι σωτηρια τδ κοσμου ελθων επι της
γης* αλλα και εκ της ακραφης, ητις και σε-
σωσαι μεχρι της σήμερον, και αποκειται εν
περειαδι. ταυτα ακουσας ο χριστιανος πα-
ρα τδ ισραηλ, προς αυτον λελεγμενα, τω
θεω ζηλω κινηθεις ελεγε τω ισραηλ, οτι
ουδεις και παραρημα αναφειρω τω τωισω
ευσεβει βασιλει τα υπο σδ λεγομενα, ινα
πιμψω εν περειαδι, και φανερωσθι τ κωδην
κα, ον λεγεις, εις ελεγχον της απιστίας τδ
ισραηλ, ο δε ισραηλως προς τον χριστιανον ελε-
γε τι θελεις κριμα τη σεαυτο ψυχη πωσα
γαγειν, και αναγαγειν τω βασιλει, ο μη τυ-
χητδ αποδοξομεις, ει γαρ τι τοιδου γε-
νητδ, πολεμησθι μεγας μελλει σωισαδαι,
και

καὶ φόνοι παρακλυθήσοι, καὶ τότε ἐὰν
ἴδωσιμα ἑαυτὸς κατὰ πονομένους, ἐμπρή-
σοι τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἀπόκειται ὁ κώδικς.
ἐγὼ μάλιστα κωπιῶμαι, τὸ ἀποδραζόμενος ἡ-
μῖν μὴ κατὰ βωθύν, μονοῦ ἐκχυσεως αἱ-
μάτων πρόξενοι γινόμενοι. ταῦτα γὰρ ὡς
γνησίῳ Φίλω φανερά πεποιηκα τῆς ἡ ἀ-
γάπης, ἵνα πισώσω σε, οὐ δὲ ἀγνοίας πα-
ρατῶμαι τὸν χριστιανισμόν, ἀλλ' ἐκ κενῆς
δύσεως. ταῦτα ἀκόσας παρὰ τὸ ἰσλαῖς ὁ
χριστιανὸς, ἐγὼ ἀληθῆ εἶναι πισδύσας τὰ λε-
γόμενα παρὰ αὐτῶ, τῷ μὲν πισῶ βασιλεῖ
ἰστανιανῶ ἡμ τοιοῦτον λόγον δὲ ἐγνώρι-
σαι, ἵνα μὴ τῷ θεῷ ζήλω πισὸς ἐκείνος ἐγ-
μῆγας βασιλεὺς κινδύλιος, ἐκχυσιμα αἱμά-
των παρασκύλαση γινέσθαι, καὶ ταῦτα
μὲν τοῦ ἀποδραζόμενος κατὰ βωθύντος.
πολλοῖς δὲ τῶν γνωρίμων καὶ Φίλω τὸν
λόγον τοῦτον ἐποίησε δὴλω, ὅρ ἡμεῖς πα-
ρὰ τῶν ἀκόσάντων ὑπὸ τοῦ προεξονομα-
θέντος Φιλίππου τοῦ ἀργυροπράτου με-
μαλκότες, φροντίδα ὁ μικρὰν ἐδέμεθα,
γινῶναι βουλόμενοι, εἰ ἄρα ἀληθῶς τὸς
λόγους τῶν τοῦ ἰσλαῖς εἶρηκε πῶδε τῆς

παιώτης ἀπογραφῆς. εὐρομεν ἔν ἰώσηπου
ἢ συγγραφῆς τῆς ἀλώσεως ἱεροβλύμων,
ἢ μνήμῳ πολλῷ Ευσέβιος ὁ παμφίλος ἐν
τῇ ἐκκλησιασικῇ αὐτῆ ἰστορίᾳ ποιῆσθ. φα
νερῶς λέγουσα ἐν τῆς τῆς αἰμαλωσίας αὐ
τῶ ὑπεμνήμασιν, ὅτι ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ με
τά τῆ ἱερῆς ἡγίασε. τοῦ το ἔν εὐρόντις λέ
γοντα ἢ ἰώσηπου, ἀνδρᾶ ἀρχαῖον ὄντα, κῆσ
μετά πολλῷ χρόνῳ τῶν ἀποστόλων γετόμε
νον, ἐζητήσαμεν εὐρεῖν κῆ ἐκ τῶν θεοπνύ
σων γραφῶν πῆρ τριῶν πῆρ λόγον βεβαίωμε
νον. εὐρομεν ἔν ἐν τῷ κατὰ Λοκᾶν ἐπιστο
λίῳ, οὐ εἰσῆλθον ὁ ἰησοῦς ἐν τῇ σωμαγωγῇ
τῶν ἰουδαίων, κῆ ἐπέδθη αὐτῷ βιβλίον,
κῆ ἀνέγνω ἡσ αἶμα ἢ προφήτῳ λέγοντα,
πνεῦμα κυεῖσ ἐπ' ἐμε, ἢ εἰνεκεν ἰησοῦ με
καὶ εὐαγγελίσασθ πῆρ τοῖς ἀπίστοις ἀπέσταλκέ με.
ἀνελογισάμεθα δέ, ὅτι εἰ μὴ τάξιν πινά λι
πυργικῶ πῆρὰ τοῖς ἰουδαίοις ἔχερ ὁ χρι
στος ἰησοῦς. ὁ καὶ ἐν τῇ σωμαγωγῇ ἔδθη
αὐτῷ βιβλίον, ἀναγνῶναι εἰς ἀκούσ τοῦ
λαοῦ. ὁ δέ γὰρ παρ' ἡμῶν τοῖς χριστιανοῖς ἐπ'
ἐκκλησίας ἔξεσί πινας ἀναγνῶναι τῷ λαῷ
βιβλος τῶν θεοπνύσων γραφῶν, εἰ μὴ
πς

πισ ἐν κλήρῳ καταλέγεται. καὶ ἐν τῶν
ὑπὸ ἰωσήφου ὄν γραφέντων, καὶ ἐν τῶν
ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ ἰσορροπιάντων,
ἔγνωμεν ὅτι Θεοδοσίος ὁ ἰσδραΐτης τὸ πλο-
λεχθεὶς δῆγμα εἰπὼν τῷ μνημονοδιδί-
τι Φιλίππῳ τῷ ἀργυροπρίστῃ, ὅτι ἐπλάθει
τὸ τούτο, ἀλλ' ἀληθῶς ὡς γινώσκῃ Φίλω
τῷ Φιλίππῳ τὸ περὶ ἰσδραΐταις
ἀποκεκρομμῆνον μυστήριον
ἐδιάρρησεν.

Τ Ε Λ Ο Σ.

844081



